



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

vers. 5.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

Et si per uia. Et. Nihil cedit ex folido, neque per naturam
quod aliquid, tanquam lapsu insensibili, ligna & lapides
admittunt corpus Domini à se se non deficit: ut se se sumat
ex nihilo.

Addo Iulianum quæstio. 117. & Augustinum Tract.
121. in Ioannem. Moli autem corporis, ubi diuinitas erat,
ostia clausa non obsuerunt. Ille quippe non eis aperire in-
trare potuit, quo nascente uirginitas matris inuoluta per-
mansit.

At sane non est contrarium naturæ corporeæ ce-
dente ligno vel lapide, aut annihilato ingredi. De-
inde patres illi expresse nominant penetrationem,
quæ in dimensionibus diuersorum corporum eodem
in spacio positis.

VERSUS.

Respondens autem Angelus, dixit
mulieribus. Nolite timere vos: scio
enim, quod Iesum, qui crucifixus
est, queritis.

QVÆSTIO I.

Quot angeli fuerunt?

§. 1. Apud Matthæum vnicus duntaxat dicitur,
& apud Marcum etiam, qui iuuenem appel-
lat Angelum. Lucas cap. 24. vers. 4. Duos viros stetit ante
& dixisse, &c. & Ioannes ait, cap. 20. vers. duodecimo
Mariam uidisse duos Angelos sedentes, vnum ad caput, &
vnum ad pedes, ubi positum fuerat corpus Iesu. Hinc certo
constat duos Angelos fuisse testes in resurrectione,
quorum filiorum supra humanum, & virtus in remotio-
ne lapidis, & militum semimortuorum stupore pro-
batæ fuerunt.

Nec opus est his venisse mulieres, ut vnum primo,
deinde duos viderint. Ioannes enim de primo aduen-
tanti. Theophylactus vnum extra, alterum in se-
pulchro vitam tradit. Verum hac quidem in re non
est meo iudicio difficultas, cum enim duo fuerint,
vni à Matthæo nominatur qui locutus est mu-
lieribus, & cum duo dicuntur locuti, id per syn-
chocochem dicitur. Duo enim dicere censetur,
quod duorum præsentium nomine vnus pronun-
ciat.

Neque me mouet, quod Matthæus Angelum su-
per lapidem, itemque Marcus, & Ioannes duos se dis-
tinctos. Lucas vero stetit iuxta illas. Nam, ut de
eodem tempore & sefermo, sedisse primum, deinde ste-
tisse dicendum est; primo attulerunt, ut custodes se-
pulchri dominici, deinde dum visi sunt à mulieribus,
consulere eunt, quod inter initia dicentibus, & re-
stantibus considerari erat. Simul honoris sanctarum
auctoritatem, & Christo Domino seruientium tributum
est: atque etiam ut amicos, & ad auxilia paratos de-
monstrarent.

QVÆSTIO II.

An lapis reuolutus fuerit extra monumentum,
an in monumento?

§. 1. Vos nonnulli lapides fuisse aiunt. Primum
quo ostium monumenti obstructum fuit,
nam locus in rupe excisus, instar cubi culi fuit, quod
ex eo clarum est, quod mulieres ingressæ sunt,

& intra sepulchrum erant Angeli: Mos autem
erat eiusmodi monumenta, vel Mausolea, extruere.
De fuga Cleopatæ in sepulchra regum, alii que Con-
suli possunt auctores, ut Plutarchus in Antonio. Sic
Athanasium aiunt in sepulchro latuisse. Ita Augustin.
lib. 3. de consens. capite vigesimo quarto. B da in
caput 27. Matthæi. Brocardus de terra sancta, alii-
que testantur. Plenæ sunt omnes historiae, de Herois,
sic Actisio, Androgeo, Vlyssi, Iantalo, aliisque qua-
si sacra monumenta, condita sunt. Substructiones
Persarum Pausanias alii que referunt. Hinc colu-
mnæ, incrustationes, tabulæ. In Ceramico operosa
sepulchra extruebatur, postea vetitum, ne quis fa-
ceret maius, quam quod decem homines triduo effi-
cere possent. Demetrius etiam modum sepulchris
posuit. Magnifica & sacellorum erant instar. Da-
uidis, Helenes aiorum. Egyptii domos ut diuer-
soria negligebant, sepulchra sumptuose struebant,
ubi recondebant defunctos, & quandoque in con-
uiuia adducebant. Hinc Syri vocare solent domum lancia
mortuorum. CHRISTI igitur sepulchrum instar
conclauis erat, & saxo foris claudebatur. atque hoc
est, quod dicit Scriptura saxum ad ostium monumen-
ti aduolutum. Hoc sine dubio angelus remouit de
eo locutus sunt in via mulieres: quis reuoluet nobis lapi-
dem ab ostio monumenti?

§. 2. In hac adicula, vel Mausoleo tumbam lapi-
deam, siue cisternam instar loculum fuisse putant, in
quem cadauer positum fuerit, & lapide grandi im-
posito tectum. Super hunc secundum lapidem sedisse
angelum Maldonatus existimat. Atque de colloqui
Matthæum. Nam de eodem Angelo loqui Mat-
thæum & Marcum pro certo sumit. At Angelus qui
super lapidem sedit apud Marcum, est in monumen-
to, non extra. Et introeuntes in monumentum viderunt
iuuenem sedentem à dextris. Si extra aliquem vi-
disset id non taceret Marcus. Deinde eisdem ille qui
apud Matthæum, & qui apud Marcum est, vitur ver-
des. Hinc concludit: Duo igitur erant lapides, alter foris,
quo totius monumenti ostium claudebatur, alter intrus
quo claudebatur sepulchrum, utrumque Angeli reuoluerant. pri-
mum, ut mulieres ingredi possent; secundum, ut vacuum se-
pulchrum viderent. Angelus non super primum, sed super se-
cundum sedebat. Si enim super primum sedisset, primo aspectu
mulieres terruisset, neque ausa fuissent in monumentum in-
troire. Et conueniebat, non super primum, sed super se-
cundum sedere lapidem, & ut ostenderet, se ideo sepulchri lapidem
amouisse ut mulieres vacuum sepulchri videre possent, & ut ipso
quodammodo digito locum, ubi Christus positus fuerat demon-
straret.

§. 3. Hæc ille. Franciscus Lucas de duplici lapi-
de somnia esse pronunciat. Nulla enim de secun-
do lapide, qui loculum regebat, apud Evangelistas
est mentio; & mulieres sollicitæ sunt duntaxat de
lapide, qui erat ad ostium monumenti. Denique
Beda ita sepulchrum describit, ut non dicat supe-
riorem loculi partem tectam lapide fuisse, sed soli-
dam, austrialem, à latere patentem, ut si quis in crasso
muro cauato lecticam collocaret, quæ vndique ex-
cepta parte antea magni ricti instar muro tegere-
tur. Addit lapidem qui ad ostium monumenti
fuit, maiorem fuisse, quam ut posset publicè vi-
deri ab illis qui foris erant, si in sepulchro fuis-
set.

Vtrum Augustini, Bedæ, & Brocardi auctoritate
sententiam probat Maldonatus.

§. 4. Quamuis autem duos lapides fuisse credide-
ro, super eum tamen, qui ante ostium monumenti
fuit, quemque reuoluit Angelus, sedisse non dubi-
to. Cum enim dicit Matthæus, *ἐκείνου τοῦ λίθου*
ῥωγῆς, reuoluit lapidem ab ostio, non potest

de alio intelligi, quam eo, quem Iosephus & Nicodemus cum operis suis aduoluerant vestibibus & clapsibus, subiectis vi, quem sacerdotes obliuiscuntur, de quo dicit Marcus: *Erat quippe magnus valde*. Eum enim Matthæus cap. 27. vers. 60. vocat *λίθον μέγαν, saxum grande*. Nec vllus id interpres negauit. Deinde de eodem lapide duo, Euangelistæ Matthæus & Marcus loquuntur; at Marcus disertè de exteriori sermonem facit. Cum enim mulieres dicerent: *Quis reuoluit nobis lapidem ab ostio monumenti*. Addit. *Et respicientes viderunt reuolutum lapidem*. Erat quippe magnus valde, nec fuisse interiori docet, cum ait: *Et introeuntes viderunt iuuenem sedentem à dextris*. Si igitur exterior lapis est, quem reuolutum dicit Matthæus, etiam ille est, super quem angelus sedit. Nam quod dicitur; *Et sedebat super eum*, non potest intelligi de alio lapide quam illo, quem reuoluisse dicitur. Nisi enim vim textui inferamus: non alio modo interpretari possumus: Quam & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum, quem reuoluerat.

S. j. Superest igitur vt apparens difficultas explicetur, ob quam hæc omnia disputantur, quomodo Matthæus dicat extra, Marcus, & alii intra sepulchrum angelum visum, & locutum mulieribus. Nec probanda sententia est eorum, qui Matthæum, & Marcum diuersos mulierum aduentus recensere opinantur. Nam vtique summo mane egressas, vidisse tum primo reuolutum lapidem, ac angelos alloquentes docet. Mittuntur primo alloquio ad discipulos.

Facili ratione exponi & conciliari verba Euangelistæ videntur posse. Si dicamus angelum postquam reuoluit lapidem, & super eum sedit, vt custodes pauore percelleret, ante discessisse à lapide & sepulchrum intrasse, quam mulieres aduenerint, difficultas autem ex eo nascebatur, quod foris supra lapidem sedens angelus mulieribus locutus videbatur. Hæc sententia ex tribus Euangelistis colligitur, & Matthæo non repugnat. Marcus respexisse ait, & vidisse reuolutum lapidem, de angelo mentio nulla nisi postquam ingressæ sunt monumentum. Sic Lucas; & inuenerunt lapidem reuolutum à monumento, & ingressæ non inuenerunt corpus Domini Iesu, & factum est, dum mente consternatæ essent de isto: *Ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti*. Ecce dum foris sunt, non intrantur ab angelo, sed consternatæ sunt, & rati quod viderent, dum dubitant, & valde perplexæ sunt, donec intus de resurrectione audiunt. Eodem modo Ioannes Magdalenam ait, *vidisse ablatum lapidem*. Ex his constat mulieres intra sepulchrum visionem angelorum vidisse, nec milites audisse, quid loquerentur.

Hæc Matthæo nullo modo repugnant. Non dicit ille angelum foris extra sepulchrum locutum mulieribus, aut inuentum super lapide. Sed narratâ historia de gestis angeli, qui mulieribus dixerit, sine loci circumstantia explicat. Ex verbis tamen Matthæi colligitur, angelum, dum loqueretur, in sepulchro seu spelunca fuisse. Dicit enim *Δε δεῖτε, ἴδετε, ἡμεῖς ἀκούετε, ἴδετε, ἡμεῖς ἀκούετε*. Huc accedite, videte. Δε δεῖτε est hortantis, vt ad eum, in quo est is, qui aduocat, locum veniant. Δε δεῖτε, ἴδετε, ἡμεῖς ἀκούετε. Huc accedite, adducite Arguam Helenen. Non autem diceret angelus sedens super reuolutum lapidem longiusculè à sepulchro, *Huc accedite, videte locum vbi positus erat Dominus*. Sed *δε δεῖτε, ἴδετε, ἡμεῖς ἀκούετε*, illo, intro siili-
cet, ite, videte. Nec locum tantummodo angelus, sed vultum etiam mutauit. Nam apud Matthæum dum sedebat super lapidem erat *ἰδὲν αἰνῶδες ὄψος*, forma, seu vultus eius vt fulgur, quo milites percelleret, & prosterneret, at quando cum mulieribus locutus maiestatem illam terrificam vultus deposuit. Nam ceteri tres Euangelistæ de fulgurante vultu ta-

cuerunt, de solo vestium splendore meminerunt Marcus, iuuenem coopertum stolâ candidâ. Lucas *ἰδὲν αἰνῶδες ὄψος* in veste splendenti. Ioannes, *Angelos in albis fuisse dicit*. Vt ergo pauorem mulieribus demerent, lucem vultus, quam militem terruerant, posuerunt. Nec minus id docetur ex verbo *δε δεῖτε*, hic, quod minus commode diceretur, si à sepulchro angelus abesset.

VERSUS 6.

*Non est hic: surrexit, sicut dixit.
Venite & videte locum, vbi positus erat Dominus.*

QUESTIO I.

*An illa verba: Non est hic: Surrexit enim,
veritatem Eucharistia tollant?*

S. i. Caluinus vltima admonitione ad Vespalum. Hæc verba contra realem corporis Christi præsentiam in Eucharistia detorquebat. Infirmitatem enim esse consequentiam vult, si vnum corpus esse potest in pluribus locis. Porrit enim surrexisse, atque etiam hic esse.

Respondeo. Angelorum firmam esse consequentiam. Mulieres quærebant in sepulchro mortuum, quem vngereat, quibus respondet; non esse hic mortuum, non egerè illo officio, surrexisse enim, & viuere. Nec hoc mulieres quærebant; an in pluribus locis esse posset, sed an surrexisset? Quod si miraculo in pluribus esse locis vellent, ad eas non pertinebat. At constabat naturaliter Christum vno in hoc esse, & nunc est, esse in sacramentali præsentia, in sepulchro illâ minime cogitabant; & certum erat non esse; nemo enim ibi sacrificium obulerat. Certe igitur erat consequentia.

Christi corpus, sed Christus, non est nisi vno in loco naturaliter, & supernaturali modo in Sacramento surrexit hinc atque abiit, non est ergo hic naturaliter, nec in Sacramento, nullo igitur modo. Verum non credo ad eas disputaciones adeo Metaphysicas pertinisse mulieres. Sciebant enim ita resurrectionem, vt non materet in sepulchro. Hoc enim Psalm. 139. & prædictum erat à Prophetis, & exponit Petrus Act. 2. à v. 24. Forte vt Christus ita resurgeret, vt non modo aliis in locis viveret, sed etiam in sepulchro effunderet. Hoc si Caluinus credit, frustra consequentiam angelorum cauillatur. Sensus est enim; Christus Iesus rediuitus surrexit, ideoque hoc loco quærendum non est. Nec obstat, quod Deus corpus eius pluribus in locis collocare possit. Nec enim hic quid fieri possit, sed quid futurum Prophetæ prædixerint, spectandum. Prædictum autem est ita illum resurrectionem, vt sepulchrum vacuum relinquat. Quæ Prophetia cum falsa esse non possit, firmissime argumentum angeli concludit. *Surrexit, non igitur est hic*. Porro non repugnare rerum naturis, vt vna eademque res sit in multis locis, facile colligimus, quod nulla sit contradiçtio. Nec Dei manus abbreviata sit, vt si quem in Europa hominem creauit, non possit etiam eundem in India facere. Nec enim ille in Europa viuens libi ipsi obstitit, quo minus possit, in India existere. Nec Dei potentiam minuit, quo minus possit, in India creare, quod ante poterat.

Angelus super lapidem sedit.